Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et dicet dñs: pp̃t syon Lectio ysaie ꝓphete. 62
non tacebo et ꝓpt̃ ierusalem non quiescam donec egre
diatur ut splendor iustus eius et saluator eius ut
lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum
tuum: et cuncti reges inclitum tuum. Et vocabit te
nomen nouum quod os domini nominauit. Et eris co
rona glorie in manu dñi. Et diadema regni in manu
dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: nec terra tua non vocabitur
amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea
et terra tua nouissime habitabitur quia complacuit
dominus in te Immediate epla. Ad Romanos.
Fratres. Paulus seruus ihu xpi vocatus apls
segregatus in euangelium dei quod ante
promiserat per ꝓphetas suos in scripturis sanctis
de filio suo qui factus est ei ex semine dauid secun
dum carnem. Qui predestinatus est filius dei in vir
tute secundum spiritum sanctificationis: ex resurrectio
ne mortuorum ihu xpi dñi nri. Per quem accepimus
gratiam et apl'atum: ad obediendum fidei in omnib:
gentibus pro nomine eius. In quib: estis et vos
vocati ihu xpi dñi nri. Gradale. Ecce dies venit quia venie
dominus et saluabit nos et erit in die illa gliam eius. V. Qui
regis israel intende qui deducis ut ouem ioseph qui sedes
super cherubim appare coram effraym beniamin et manasse
Si vigilia nativitatis domini in dominica veniens can
tetur alleluia. V. Dicite domino. Sequentia secundum matheum.
Cum esset desponsata mr̃ ihu maria ioseph
antequam conuenirent inuenta est in vtero ha
bens de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset
iustus et nolle eam tradere voluit occulte dimittere